Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1025
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

nec natum est. quam qui deserit illam
sine qua nichil prohibet animam beatam
esse. Hac misera uita uiuo. et ab hac beata
uita mortuus sum. In eo uiuo quod
de me uilius est. in eo mortuus sum quod
melius est. Plus ergo mortuus sum quam
uiuus. et deterius mortuus sum quam
carne moriturus sum. Non enim mors
illa mala michi erit. nisi quia ista que
precedit. Sancte paule ueni ad te ut peccator
reconciliandus. et ecce inuentus sum
coram te mortuus resuscitandus. Veni
ut reus habens opus intercessore. et in
uentus sum male mortuus indigens
resuscitatore. Ut miser ueni. et miserri
mum me inueni. Accessi uelud uiuus accu
satus. et ecce coram te sum mortuus
dampnatus. Nam si nondum sum tradi
tus morti torquenti. Nam licet nondum
sim detrusus in carcerem tormentorum. tamen
iam sum conclusus in fouea peccatorum.

ł. iam tamen dimissus sum morti illam adtrahenti: